

Zα
308

Margaritam nitidissimi Splendoris
in domum
Per Illustris, & Excellentissimi
D O M I N I
JOANNIS ÆGIDI
de ALEMANN,

Serenissimi ac Potentissimi Sarmatarum Regis
& Electoris Saxonie

Ministri Status, & Rerum Metall. Direct.
delatam,

Qvum Illustrissimam & Excellentissimam

D O M I N A M
SOPHIAM MARGARETHAM
DOMINAM LIBERAM
de LUTZELBURG
Viduam **BOMSDORFIANAM**,
XI. KAL. FEBR. A.R.S. MDCC XII.

Secundo sibi matrimonio jungeret,
devota mente gratulatur

Urbanus Godofr. Siberus, Sacerd. Lips.

LIPSIÆ, LITERIS ZEIDLERIANIS.

3

Misericordia misericordia
in domini
in misericordia domini
D O M I N I
I O A N N E S R E G D I I
e A L E M A N N I
S a m u e l s
R e c o r d u s
R e c o r d u s
C o n f i t u r a
B o n i f a c i
M A N D E L A R G E
S O P H I A M A R G E
D O M I N I C U S
F E L I X
X K

U p y o u r C o u n t . T h i s i s a m i n i b r i d g e



Iam dudum equidem conveniebat, *Per-Illustris & Excellentissime Domine*, omnes illas præstantiores opes, quibus vel vasta tellus, vel maris spatioſa littora, vel fluminum ripæ colluſtrantur, in tuam deferri domum, tuisque, quantæ, quantæ ſunt, meritis consecrari. Si quis enim hac noſtra pariter majorumque ætate ſtuduit, ut bene Patriæ foret, & abundantia Saxo-
num Penates implerentur, & aurea ſecula, pulſo ferreo, reſtituerentur: Tu-
um certe feliciflimum, *Per-Illustris Alemanne*, nomen, illis accenſeri de-
bet, quibus ob merita publica inque omnes Cives redundatura, publica
præmia tribui deberent. Ac jamdudum forte ita faētum foret, niſi sum-
mis inſimisque conſtareret, quantum ab omni habendi cupiditate alien-
nus, ſola, quæ magnos tandem Viros facit, continentia, ſanctitateque
manuum exultares. Unde quæ alii imperant opes, mancipalemque
animum ingerunt, Te reformidant, Teque ſuis vinculis majorem & excellen-
tiorem longius poſitæ reſpiciunt, pudoreque ſuffuſæ, & veluti a ſinu
tuo ſpretae, clingue reverentur. Succedunt vero publicæ, ſolennesque
& omnis invidiæ expertes pro incolumitate tua preces, quas Cultoribus
tuis licet ſatis parabiles, Tu tamen, omni quod Ganges olim vomuit, au-
ro chariores habes; Cives autem tam prono tamque constanti animo
effundunt, ut illud Capiti tuo bene precandi ſtudium, æternis merito vo-
tis annumerare queam. Sic Cives: at dum oculos attollo, pulcherrimam
ac lucidissimam concham, coeleſti Margarita gravidam Tibi, *Domine*,
offerri ſentio, quæ Tuam ſolitudinem pellat, animum gravioribus pres-
ſum ſublevet, ſub pondere negotiorum anhelantem reficiat, novam in-
dies vitam roburque ſanctissimis artibus aspiret, quodque felix & fau-
ſum ſit, *Domus Alemannica* ſemina ſuſcipiat, ſurculos edat, novosque
Saxonum Principi heroas, negotiorumque expediendorum feliciflimos
Miniftros & Adjutores edat. Quod dum ſentio, dumque innumeros
ſolidæ felicitatis theſauros ex illa tibi *Margarita* dandos auguror, at-
tamen recordor nonnullos vetuſtiores eosque rigidioris indolis magi-
ſtros de matrimonio ſecundo aut parum proſpere, aut parum accurate
locutos eſſe. Conſtat ſane, quoad orbis profanis adhuc ritibus obum-
braretur, peculiariſ caſtimonia documentum fuiſſe, ſeu potior, ſeu fe-
quier ſexus a repetitis nuptiis abſtineret: ac, ſi reperirentur, quos unius
tantum thori ſatietas cepiſſet, eos quodammodo ſanctos, & religioſiſ-
mis

mis quibusque ceremoniis atque ad Deos' supplicationibus accidit
fuisse: Nec facile superstitionis fontem demonstraverim, qvum falsum
sit, morem ex Ebræa gente defluxisse, quam, licet Deo charam sanctisque
moribus imbutam, fatis tamen sedulam fuisse novimus, ut altero Con-
jugum acerba morte rapto, exinanitum thorum aliunde supplerent:
unde impiam difficultemque Legem, & vagis amoribus subservientem,
malo potius cuidam genio quam bono adscribendam dicas. Tanto
autem magis mirari subit, altero, post Salvatorem subiectum, seculo,
spreto nuptiarum iterandarum commeatu per Apostolum dato, surre-
xisse Patres, atque eorum primipilum Tertullianum (*a*) de repetitis
nuptiis severa admodum & Rhadamantea ratione locutum: cui licet
adversum tenerent alii, libertatemque coelitus indultam defenserent,
non tamen adeo poterant perswasam Monogamiae sanctitatem, severi
Doctoris exemplo nixam, labefactare, quin usus illius Sacerdotibus pri-
mum obtruderetur, mox aliis etiam sacerdotali confessu parentibus, tan-
tatem erite atque ferocia imperaretur, ut exemplo in Imperatoribus
Constantinopolitanis obvio, eos aut repetita nuptiarum corona carere
vellent, aut Imperio. Quæ vœsana opinio Occidentis etiam nonnullas
Provincias pervasisit, plebe in Bigamos adeo irritata, ut ipsa quoq; nuptiarum
solennia vario strepitu, ludibriisque tam protervis, sub *Charivarii*
nomine olim designatis, turbarent, ut non nisi turbantium aut impe-
dientium cæde compesci possent. Extant sane Præsum Canones (*b*)
in publicis eorum Comitiis constituti, quibus impia in Bigamos insul-
tationes ita coërcentur, ut earum reis, in celebritate Christianorum, nisi
poeniterent, versari haud quam liceret. Fecitque proinde rem in-
genio suo dignam doctissimum *Seldenus*, qvum iteratas nuptias quam
maxime licitas ex Jure naturæ & gentium, juxta disciplinam Ebræorum
commonstraret: quem præstantissimus *Hugonis Grotii* æmulus *Pufen-
dorffus* imitatus, candem libertatem defendit, velque capropter sum-
mopere retinendam declaravit, quod familia ad unum vel paucos reda-
ctâ, *Unus ille insigniter obligetur, ut generis sui legitimam procrea-
tionem*

de J.
&
I. V.
nd.
. &c.
lorf.
N. &
L. V.
cta,
7.

(*a*) De suffragiis nonnullorum Patrum pro Monogamia, ejusque aliquali inter Christianos usu le-
gendum J. B. Cotelerius T. I. Patr. Apostol. p. 91.

(*b*) Impium Bigamos turbandi morem non ubivis obvium ex *Labb. Conciliis* T. I. p. 1351. &
1358. depromo, ubi primum Concilio Andegavensi Anno 1448. proscriptum fuit: Cum di-
vinis & humanis Legibus, omnibus & singulis hominibus utriusque sexus, voti continentiae
non incluso, licet nuptiis *de vita castitate*, celebratis, in gradibus ab Ecclesia concessis, ma-
trimonialiter copulari, conjugalique nexu, conjugum alterius morte disoluto *licet* etiam *ad*
fecundas vel plures nuptias, rotes, quoties fibi placuerit convolare, contrariumque sentire sit
erroneum. Et quo minus hujus divinae dispensationis concessio suum planum & liberum effe-
ctuum sortiri valeat, quodvis impedimentam apponere, vel effectu secuto, in secundarum nu-
ptiarum vel nubentium detestationem circa domos ipsorum & alias, quevis ludibria, irrisio-
nes, vel opprobria, factis vel verbis irrogare vel impendere, in predictæ divinae dispensationis
vilependium vel contemptum damnabiliter fieri videatur: abulum illum dannabilem, qui circa
hoc quasi in confutedinum deterram in quamplurimis Civitatibus & locis Province
Turonensis est deductus, pulsatione patellarum, pelvium & campanarum, oris & manus fibi-
latione, instrumento æruginariorum sive fabricantium, & altarum rerum sonorarum, voca-
ferationibus tumultuosis & aliis ludibriis & irrisionebus in illo damnabili actu, qui *Cariva-
rium* vulgo *Charivari* nuncupatur, circa domum nubentium & in ipsorum opprobrium post
eorum secundas nuptias fieri conseyetur &c. sub excommunicatione prohibemus.

*tionem quaerat, citatis Charronio & Verulamio idoneis in hanc rem
viris, eximiamque suffragandi auctoritatem habentibus. Tantum
igitur abest, ut viduos consortio conjugali arcendos, aut a sexus fami-
iliaritate cohibendos putemus, quod vanissimum Carthusianæ soda-
litatis institutum *Innocentius Massonius* (c) nuper publicavit, ut ul-
tro potius ad repetendam Deo hominibusque gratam & salutarem
societatem, invitandos existimemus. Quod si enim vastus ille, no-
strisque cervicibus impendens coeli thalamus dimissas repetit Solis
flamas, neque dimidiato stellarum lumine satiatur: sive maris
vortices protrusos in orbis irrigationem rivos repetunt: si universa
denique qua patet tellus viorem depositum redinduit, inque Floræ
tantum adamatae amplexus itentidem ruit: quidni homo innocens
æmulus naturæ, his magistræ suæ, divinisque præterea Legibus tra-
ctus damna sua quantocuyus refarciret? Sanctissimi profecto id fece-
runt Patres, in primis castissimus Ebrææ gentis conditor, licet jam
tum senio vicinus foret, quem non est ut ratione debilitatum, aut cu-
piditatibus abreptum putemus, sed statuendum continentissimum
mortaliū, divinas civesque rationes secutum ad istud matrimonium
processisse, neque inepte propterea *Ferdinandum Ughellum*
Abbatem, integerum Italiae Sacrae Scriptorem censuisse, quando
in Præfamine Tomi VIII. *Antonio Francioto* purpurato Patri in-
scripti ait: Abrahānum Politici sapientisque Viri formam præ se-
ferentem hoc ipso connubio prudentiæ & virtutis actum edidisse.
Ac merito quidem huic familiarissimo Numinis sodali secundum E-
bræorum Regem jungo, repetitas nuptias etiam extrema ætate sine
voluptatis nota ambientem, quod insanus ille Deum hominumque
contemtor *P. Badius*, (d) idemque divinæ veritatis non admodum
clandestinus supplantator, in virulentissimo carmine Davidi occen-
tato scripsit. Quamvis enim connubium istud non ad fœcunditatem
usque foelix extitisset, quod tamen Viro alias robusto, & felicissimam
orbis partem incolenti, & virium reparandarum subfidiis abunde
instruēto non plane desperandum erat, fatis tamen habebat vel exfo-
la vicinitate pulcherrima virginis salubri quadam aura usque ad re-
virescentiam afflari: ita namque insignis naturæ explorator *Verula-
mius* in Historia Vitæ & mortis, mira dulcedine & eruditione scri-
pta, credit, non leve senectuti præsidium e calore corporis, viridi ju-*

: 3

ven-

(c) *Innocentius le Masson* Discipl. Ordin. Carthus. L. I. c. 21. Mulieres terminos intrare no-
stros nequaquam sinimus, scientes nec Sapientem, nec Prophetam, nec Judicem, non ho-
spitem Dei, non ipsum Dei formatum manibus Protoplustum, potuisse blanditiis eva-
dere vel fraudes mulierum. Hæc Massonius, cui si omnes obtemperent homines, abeun-
dum ipsi, & sodales Carthusia Deucalionis more conserbendi. Muto fane benigniores
sunt Monachi Valvanerani, qui per novem dies feminas tolerant nec tamen diutius, nā
graua infortium pati velint. Quod quale sit, quivis facile comprehendet. vid. *An-
ton. Tepeſt Cbr. Gen. Ord. Bened.* insigni elegancia, integratæ & amoenitate scriptum T.
I. p. 294. b.

(d) *Badius*, fædissimus hireus, Diogeneque Cynico magis falcebus, divino Vati solatia ex Abifa-
ge Sunamitide invidit, oculisque propemodum Maris in ipsum intentis, ait: *ils en se-
roit mis aëtellement en possession, si ses forces l'avoient permis.* Quasi vero magnum
illud fuisset crimen, nec pro more illorum temporum licitum ac tolerabile.

ventute pollutis, circumponi posse. Quod si vero id Amicis Dei, gravissimisque Viris, jamque senio compresis licuit, quidni magis etiam his, quos viridior aetas ornat, quosque gentium vota, & familiae & reipublicae necessitas, & ipsa denique coelitus dimissa fortuna, ad secunda vota trahunt. Id quod Tibi, *Per Illustris Domine*, contigit, quem divina bonitas, amplissimis meritis honoribusq; cinctum annisque florentissimis incidentem in has casses pellicit, & ad amplexus non Cnidiae Veneris sed Conjugis divinis manibus quodammodo exsculpta vocat. Proinde leiceat mihi vatem agere, Tibique, *Domine*, vel exfaustissimo Conjugis nomine augurari, quanta ex hoc felicissimo nexus gaudia sint expectanda. Primum SOPHIA ad tuam Sapientiam, Principi, Patriae Imperioque Germanico notam, salubrem, celebratamque accedit, novumque & exoptatissimum orbi Saxonico spectaculum exhibet. Fateor me saepe miratum esse novum planeque ingeniosum titulum, quem *Martianus Minus Felix Capella* eruditissimo, neque haec tenus satis explanato Operi inscripsit: *de Nuptiis Philologiae*: quo cum innumeras eruditorum laudes exprefserit; quis sibi temperet, quominus voce, tibia, plausu obviam cat, si Sapientissimum Virum, Sapientissimae Conjugi videat copulari. Nolim, *Per Illustris Domine*, te illud Sapientis nomen aversari, quod prudentissimi Graeciae Rectores, dum per modestiam declinabant, magna tamen aviditate expetebant. Est inter gravissimos Ecclesiae Beneventanae Praefules, qui gentilitione nomine misso, qum *Cadocus* antea diceretur, *Sophia* (e) tamen appellari cupiebat: meruissetque amplissimum nomen, nisi ambiisset. Tu, *Per Illustris Alemanno*, non simulata sed vera modestia nomen Sapientis deprecaris: at, quod tanto pere declinas elogium, illud divina legatione per Illustrissimam Conjugem in aedes defertur tuas, ut singulis tandem universisque constet, Sapientiam in domo tua, inque illo sanctissimo pectori tuo, tum vero etiam in prudentissimo Conjugis Tuæ animo commorari. Jam qum illa Sapientia non nisi maxima & duratura Orbi Saxonico commoda procurarit, non est, quod illam, quæ tecum habitat, & habbitabit, *SOPHIAM* eximescas. Evidem compertum est, prudentiam nimiam, sexui aliquoties offecisse, Virosque dedisse operam, muliebre ingenium ne nimium excelleret, neve sibi eveniret, quod Longobardis, Viperam, (f) impia superstitione colentibus, quæ *Barbati* tandem Praefulis opera extincta est. Verum si illa muliebris prudentia divina Sapientia regatur, non modo non timenda, sed divini & incomparabilis doni loco suscipienda erit. Certe *SOPHIA* tua Sanctam *Conigundam*, *Henrici Sancti Imperatoris Conjugem*,

(e) Vitam Cadoci Sophiæ, *Marius Vipera*. Chronographus Praefulum Beneventanorum exhibet, Vir diligens fane, sed fictionum aliquando suspectus. Post ipsum Ferrarius in Sanctis Italia, & Bollandus in Act. Sanct. d. 28. Jan.

(f) *Bollandus* Tom. 3. Febr. in Actis S. Barbati Praefulis Beneventani: Longobardi quamvis Baptismatis unda abluerentur, gentilitatis ritum retinentes sic bestiali mente degebant, quod bestia simulacro, que vulgo Vipera nominabatur, fletabant colla. Illud simulacrum ex auro factum Barbatus abstulit & Sacra pocula exinde conflagavit.

jugem gentisque *Luzelburgica* (g) antiquissimam gemmam imitabitur, vel si illam nimis sibi propinquam putet, *SOPHIA* Martym rem, si quæ sub hoc nomine extitit, æmulabitur: vel si sub ficto etiam titulo (h) posteris ad imitandum fuerit proposita, attamen gratissima ubertate oculis tuis reddet *Fidem, Spem, Charitatem*, filias non minus dulces, etiam si non pulcherrimo corpore, sed pulcherrimis actionibus ostententur. Habebis vero, *Per Illustris Domine*, quod alterum divinæ liberalitatis pignus est, *Margaritam* non ex selectis Oceanii, aut roris etiam superni guttis, sed Numinis artificio constipatam, purissimoque mentis ac plus quam niveo candore præditam, atque illam pretiosissimam sarcinam Cleopatrae auribus suspen- sam, immenso pondere superantem, multoque verius omnes in se gemmas complectentem, quam illud, quod *Henrico III. Galliarum Regi Papyrius Masson* donum (i) offerebat. Jam quum illa maris pignora, mirabilis ortus sui officina, splendorisque sui stupenda claritate, & incredibili medendi virtute tantopere mortalibus grata fuit, ut ex longissime disiatis littoribus ea petiturent, prævideo sane atque ideo summopere laetor hanc *Margaritam* tuarum deliciarum summam, neque id immerito, futuram. *Margaritam Malcolmi*, Scotorum Regis Conjugem, omnibus virtutibus, quæ sub margaritæ symbolo continentur, ex ase fuisse præditam *Theodoricus Monachus Dunelmensis*, idemque Reginæ hujus familiaris Sacerdos prodidit. adstruens eam sincera animoque infixa religione, mirabilique præterea castitate præditam fuisse, qua factum, ut illius potissimum svasu consuetudines quædam Scotorum ad turpitudinem admodum deflecentes (k) ad sanctæ castitatis leges revocarentur: tum liberallitate in pauperes adeo excelluisse, ut totas egenorum cohortes post se tra-


(g) Sanctam *Cunigundam* ex illustrissima & antiquissima gente *Luzelburgica* patre Sigfrido natam probant *Joannes Beretinius* historia *Luzelburgica*, & *Andreas de Cheyne* in Genealogia hujus & aliarum familiarium. Vid. Historiogr. Sanct. in vita Cunigundæ.

(h) Sophia cum triga filiarum Fide, Spe, Charitate & vetustissimis Martyrologiis exhibetur. Dulce enim signum erat, & si retineretur in animis hominum, minus damnum. *Theodoricus Ruinartus*, cuius Acta Martyrum *Adrianus Baillerus* divinis Oraculis sequuntur, Nomina ista ut umbras omisit. Baillerus ita de iisdem loquitur, ut satis prædat, Matrem cum fibiis inter spectra cerebri humani referendam esse.

(i) *Papyrius Massoni*, quum Henrico III. Gall. Regi Sex libros de Episcopis Romanis offerret Anno 1586. magni quidem jam prideni habitos, ore tamen nimium gloriosum Regem affatur: *Sex Gemmas, Henrice Regum Christianissime, multo alieno auro inclusas Mælestati tuae supplex offero*. Et si enim multa affterat rara, grato dicendi genere circumveftita, multa tamen insunt à gravitate aliena, per rumorem hafta, & ad ludibrium spectantia potius, quam ut rerum arcem tangent.

(k) *Theodorius Monachus Dunelmensis* mira quidem alia de ista Margaretha refert: eam in Confessu Praefulsum præfuisse, triduo de jejuno Quadragesimæ, deque tempore Paschatis celebrandi disputasse; inter quæ tamen illud rarissimum quod foedam conuentudinem, sponsas prelibandi Dominis territoriis & praefulcis concessam aboleret, constituto in fedi laboris vicem certò redemtionis pretio, quod a *Margaretha Marketta* nomen accepit. De qua laudabilis lege *Boerbius & Buchananus*, Regni Scotorum scriptores plura. Idem tributi genus in vita *Foranani Abbatis* Quæstus *Bathinodii* dicitur, in cuius locum *Papebrochus* molliorem & magis notam vocem *Bettynoth* substituit, ut significetur, *quesitus e necessitate Leti factus*. Addit hujus Juris vestigia in variis pagis Belgicis adhuc reperiri, ubi rusticij jus primæ noctis a Dominis fundi pretio regimant.

traheret, blando alloquio & muncribus largiter satiandas: atque tandem faecunditate adeo reliquas superaffe foeminas, ut regiam domum numerosa, &c, quod raro simul reperias, sancta sobole impleret. Ego, si quid mortalium votis, tuisque meritis, & cœlitum in te benignitate judico, sique communi gaudio, quod tamen par est, credo, talem Margaritam Te, *Illustris Alemanne*, accepisse censeo: raram nempe, atque re ipsa Unionem, attamen Tibi, Deo commonstrante obviam, tuisq; amplexibus longissima annorum serie innectendam. Cujus dum religione exultas, divine largitatis messem impetrabis: dum liberalitatem probas & auges, Clientium innumera vota provocabis: dum castitatem abundantissimo amore irrigas, *Gentis Alemannica* stirpem in novos seculorum orbes, una cum fortuna tua transplantabis. Sed satis jam datum est divinationi: restat ut sumum & immortale Numen implorem, quo suum illi pondus, suffragiumque undique suffeturum addat, teque, *Per Illustri Domine*, cum Illustrissima Conjuge, *SOPHIA MARGARETHA*, quam diutissime salvum in columinemque præstet. Æterne Deus, Tu tua benignitate egena mortalium vota antevertisti, atque huic *Per Illustri Viro*, quæ reddinon poterant beneficia, ita compensasti, ut vacue factam domum altera sed præstantissima & excellentissima gemma expleres exornaresque: Tuam supplex veneror clementiam, ut quod dedisti donum sollicita, modo illa in te cadat cura, conserves, hancque Margaritam æterno sole foveas, blando fecunditatis rore respertas, divinaque ubertate auctam ita multiplices, ut *Alemannica domus* excellentissimæ gentis vagina sit, e qua innumera, tum in Principem, tum in populum commoda, ad seruos usque posteros deriventur.



Pon 7a 308, Tr

ULB Halle
004 394 720

3



Sh





Margaritam nitidissimi Splendoris
in domum

Per-Illustris, & Excellentissimi

DOMINI
NISÆGIDIIU
AELMANN,

Potentissimi Sarmatarum Regis
& Electoris Saxoniæ

atus, & Rerum Metall. Direct.
delatam,

Illusterrimam & Excellentissimam

DOMINAM
IMARGARETHAM
INAM LIBERAM
LUTZELBURG
OMSDORFIANAM,
L. FEBR. A.R.S. M DCC XII.

modo sibi matrimonio jungeret,
devota mente gratulatur

Godofr. Siberus, Sacerd. Lipf.

SIÆ, LITERIS ZEIDLERIANIS.

: (S)

